



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri  
Raymundi**

**Raimundus <de Pennaforti>**

**Colonie, 4.III. 1502**

**VD16 R 168**

Quare collecta seq[ui]tur kyrieleyson [et] gloria in excelsis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31223**

## Summula Raymūdi

Id est dñs qui est in ore tuo sit etiam in corde tuo et in mente tua. Deinde sacerdos dicit. *Oremus.* in signum quod christus in horto fuit tristis et merens patremque rogavit ut auferret a se calicem passionis amarissime que bibiturus erat quando dixit discipulis suis. *orate ne intretis in tentationem.* ut habetur *Mathei. xxvi. capitulo.*

**I**tem queritur. quare collecta sequitur kyrieleyson et gloria in excelsis cum legitur missa. *Omni* quod ratio ordinis illius est ista. quoniam nunquam fieri potest recta aut vera petitio ad dominum deum nisi mens precantis fuerit humiliata et prostrata ab omni superbia atque vana cogitatione alienata. quoniam humiliatum cor deus non spernit. sed exaudit. iuxta illud psalmiste. *Cors contritum et humiliatum deus non despicies.* Sed huiusmodi humilitatio significatur cum canitur aut legitur kyrieleyson quod interpretatur domine miserere. Secundo debet fieri quedam eleuatio mentis perentis in deum ut tota eius cogitatio in deum fleccatur. quod significatur cum legitur aut canitur gloria in excelsis quod est laus angelorum per quam laudem mens hominis eleuatur et in deum totaliter tendit. et tunc sequitur petitio que fit in collecta.

est s<sup>c</sup> aliq<sup>d</sup> s<sup>c</sup> in diuinis .i. postea  
**S**i collecta patrem prenominat. ut tamen infra  
*.i. memoria .i. filij collecte .i. cludas s<sup>c</sup> dñm nrm iesuz zc.*

**M**entio sit prolis. in fine legas per eundem  
*.i. memoria .i. filij s<sup>c</sup> nostrz .i. clude*

**M**entio si nulla sit prolis. per dominum dic  
*.i. pponit s<sup>c</sup> collecta .i. filij .i. sine mentioe facta de patre*

**S**i precedit in hac nomen nati. sine patre  
*s<sup>c</sup> et regnas zc. .i. finit s<sup>c</sup> collecta.*

**Q**ui cum patre deo uiuis concluditur ista  
*s<sup>c</sup> spūscī de<sup>o</sup> .i. cludas .i. si mentio fit de spūscō*

**E**iisdem dicas si spiritus intus habetur

**I**n hac parte Raymūdus determinat de collectis dicēdis etiā in alijs festiuitatibus. Et diuidit in duas partes. In prima determinat de fine collectarum. In secunda determinat de principiis collectarum. Secunda ibi (*Omnibus oremus*) Quātum ad primam partem ex tra eliciuntur quattuor regule. Quarum prima talis est. si aliqua collecta dirigitur ad patrem et in ea fit mentio de persona filij. tunc debet concludi per illud relatiuum. per eundem. dicendo. per eundem dominum nostrum iesum christum zc. Secunda regula. si in aliqua collecta fit mentio de solo patre et non de filio tunc in fine illius collecte debet legi per dominum nostrum. ut patet in omnibus collectis dominicalibus et ferialibus. sicut in *Parce domine. Parce peccatis zc.* Tercia regula est. si in aliqua collecta mentio fit de solo filio et non de patre. tunc talis collecta debet sic concludi. qui cum deo patre uiuis et regnas. ut patet ibi. *Deus qui crucem sanctam ascendisti. ibi solum fit mentio de filio. quod filius ascendit crucem. ergo debet sic concludi sicut dicit regula.* Quarta regula. quādo cūq<sup>ue</sup> fit mentio de spiritu sancto tunc in fine illius collecte debet

bet poni illud relatiuū eiusdem. vt patet in hac collecta. Deus q̄ corda fīz delium. Ibi namq; fit mentio de spiritus sancto. ergo debet sic concludi Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecuz viuūt z regnat in vnitare eiusdem spiritus sancti zc.

**¶** Notādum q̄ vltra illas regulas in littera positas. ponuntur alie regule. Quarū prima est ista. quādo in pncipio collecte fit mentio de patre z in fine de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eundem quo ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vt sic.

**¶** Per eūdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. sic q̄ in fine addatur. eiusdem spiritus sancti zc. vt patz ibi. Omnipotens sempiternus deus zc. Secunda regula est. quādo in aliqua collecta fit mentio de filio z de spiritu sancto. tunc talis collecta debet concludi per eundem quo ad filium. z debet addi eiusdem quo ad spiritus sanctum. vñ. Per dominum dicat cum pater p̄el byter orat. Cum christum memorat p̄ eundem dicere debet. Filio si loqueris qui viuīs dicere debes. Qui rectū si sit collecta finis in illo. Si spiritus alius eiusdem dicere debes. Alia regula. in quacunq; collecta ponitur illa dictio verbum redemptor vel vnigenitus tunc semper talis collecta debet cōcludi per eundem. z ratio illius est ista. quia illa mentionem faciunt de filio.

**¶** Item notādum q̄ omnes collecte simul concluduntur per illam clausulam. per dominum nostrum. Et ratio est. quia omnis oratio nostra debet fieri in nomine filij ad patrem. vnde in euangelio Joānis decimo sexto dicit dñs. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

**¶** Item notandum. collecta proprie dicitur eo vocabulo. quia antiquitus quādo Romani voluerunt transire cum reliquijs. tunc ipis venientibus super populum collectum talis collecta dicebatur. sicut verba orationum dicebantur. que verba postmodū dicta collecte a populo appellabantur. ideo dicitur collecta. quia ipse sacerdos collegit omnes orationes christi fidelū. z petiuit pro omnibus christifidelibus in fide catholica existentibus. et sic rōne illius petitionis in conclusione dicitur collecta.

**¶** Item ex quo hic fit mentio de collectis dicendis in missa. tunc necessarium est vt sciatur numerus collectarum in diuino officio dicendarum. ne aliquis ex ignorantia huiusmodi numeri in errorem incidat qui summopere in tam summo diuinoq; officio precauendus est. Pro quo sciendum q̄ numerus collectarum in diuino officio misse dicendarum semper debet esse impar sic q̄ nunq̄ dicantur due collecte quattuor vel sex. sed vna vel tres vel quinq; vel septem. vna propter vnitatem ecclie. sed tres propter reuerentiam trinitatis. sed quinq; propter quinq; vulnera iesu christi. et septem propter septem petitiones quas christus docuit. z illum numerus nullus excedere debet ne astantes atredientur. Sed tamen beatus Gregorius facit excepōnem dicens. si in summo festo occurrit aliquod festū. tūc possunt legi due collecte sub vna conclusione. sicut in die Stephani prothomartyris. vbi prima collecta legetur de sancto. secunda de natiuitate christi. similiter in die innocentiū leguntur quattuor collecte. prima de innocentibus. secunda de natiuitate christi. tertia de sancto Joāne. z quarta de sancto Stephano.